



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

194. fer. 6. de proposito non peccandi, & satisfaciendi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

342 Ferias. Domin. 3. post Pentecost.
repatare, & præcepta servare. Confessionem
mihi suavem facient. 1. Dominus dicat,
jugum suum esse suave. 2. Quod hoc bene-
ficium non Angelo, sed homini factum si-
qui aut in similia, aut in majora peccata la-
bitur. 3. Quod fiat homini locum Dei te-
nenti, ejusque potestatem habenti. 4. Quod
sub tam inviolabili sigillo confessio accipia-
tur, ut confessor debeat prius omnes crucia-
tus pati, & mortem, quam confessionem
aperire. 5. Dominus mira providentia facit
Sacerdotem, vel peccatorum statim obliisci,
aut ea non considerare, ut ignominiosa pec-
catori. 6. Nullo modo potest uti scientia
Confessionis ad gubernationem, & ex ea poe-
nitentem, vel loco movere, vel officio. 7. Uli-
tias eius sunt, culpas lavare, & poenas, gra-
tiam ad cavenda peccata in posterum con-
ferre. Studebo ad majus gaudium dandum
Angelis cauitor, humilior, ferventior resur-
gere. Ita Greg. hom. 34.

MEDITATIO CXCIV.

Feria 6. Domin. 3. post Pentecost.

*De proposito non peccandi, O sa-
cis faciendi.*

VIdebo prodigum ante pedes Patris hu-
milater prostratum se accusantem, pri-
oris moribus affectu, & effectu renuntian-
tem,

Pentecost. Feria 6. Domin. 3 post Pentecost. 343

tem, statuerintemque, vel ipsam mortem subire, quam peccatis consentire. Petam eum imitari, Deum amare inchoantem.

Conf. 1. Quomodo filius prodigus confessus sit coram Patre peccata sua, & cum eo multi prodigi filij, ex agnitione gravitatis peccati, extimore, propter ineffabiles poenas, quibus inimicos suos Deus aeternum punit timore, propter inestimabilia dona gratiarum & gloriarum, ne ea irrecuperabiliter amittantur, sed super omnia timore filiali, cui annexa est spes veniarum, accusent se coram Domino innumerabilem debitorum, ut ab eo justificentur, quod praecepta duo Charitatis non custodiverint, Deum non ex toto corde, &c. Proximum non sancto amore, sed vel carnali dileixerint, vel oderint; decem Præcepta non servaverint, Deo cultum non exhibuerint, nomen ejus in vanum assumperint dies sacros violaverint, majoribus non obedierint, damna proximis intulerint, corpus minus honeste tractaverint, aliena diripuerint, vel inutilia reddiderint, de proximis detraherint, impuras cogitationes admiserint, aliena temporalia desideraverint: Quibus & ego hæc addere possim, quod Præceptis Ecclesiæ non paruerim, Missæ Sacrificio debito non adstiterim, jejunia non observaverim, ad Peccitantiam non convenienti dolore,

P 4 examine,

344 Feria 6. Domin. 3. post Pentecost.
examine, proposito accesserim, Eucharistiam
tepidè acceperim, primitias vitæ, & decimas
temporis Deo nō consecraverim, timidus su-
perbiā, angustatus avaritiā, infectus luxuriā,
consumptus invidiā, dehonestatus gulā, la-
ceratus irā, ligatus acediā; alienis me infec-
tim mala jubendo, suadendo, in ea consen-
tiendo, laudando, non prohibendo: Miseri-
cordiæ opera omittendo; spiritualia, & cor-
poralia: Sacramentis, viribus animæ, Dei do-
nis, tempore ad bene vivendum concessio
abusus. Confitebor has meas culpas esse,
quia meo consensu, & liberâ voluntate factæ.

Conf. 2. Propositum emendationis, quod
Contritionem inseparabiliter comitari so-
let, eadem habet excitoria, quæ filialis a-
mor, immensam Dei bonitatem, innume-
rabilia beneficia eius. Huic annexa est satis-
factio pro peccatis imposita pœnitenti ex-
quenda fortiter, quæ erit pro superbia hu-
miliatio, pro avaritia Eleemosynarum lar-
gitio, pro impudicitia carnis castigatio cil-
eijs, & flagellis, pro gula jejunium, pro lo-
quacitate silentium, aut oratio, pro invidiâ
Charitatis opera, &c. Hæc satisfactio pro-
portionata peccatis esse debet, ut hic divina
justitiæ satisfiat: dum facile fieri potest, ne
alterius vitæ satisfactio difficilis maneat
subeunda. Offeram ad divinum obsequium
intelle-

ente cost.
haristiam
decimas
nidus su-
luxuriā,
gulā, la-
ne infece,
consen-
Miseri-
a, & cor-
Dei do-
concesso
pas esse
te facta
is, quod
itari so-
ilialis a-
innume-
est satis-
nti exe-
rbia hu-
rum lar-
atio cili-
pro lo-
invidia
ctio pro-
c divina
rest, no
maneat
equium
intelle-
Peria 6. Dom 3. post Pentecost. 349

intellectum, voluntatem, vires corporis, ad
ferenda multa, & varia tormenta, & afflictio-
num genera. Statuam ab his, quos læsi, ve-
niam petere, & coram illis me submittere,
omnibus, qui me læserunt, ignoscere. Petam
humiliter indulgentiam, & pro spe ejus con-
cepta gratias agam.

Conf. 3. Verba D. Bernardi serm. 3. in
Cant. Si dixerit mihi IESVS, dimittuntur tibi
percata tua, nisi ego peccare desero, quid prode-
nit? Ut autem peccare desinam, tria petam
cum D. Augustino lib. 2. Conf. cap. 12. Oc-
casionis subtractionem, resistendi virtutem, af-
fectionis sanitatem.

MEDITATIO CXCV.

Sabbato Domin. 3. post Pentecost.

B. Virgo refugium peccatorum.

Constituam me reum coram integrissima
Dei parente, vanum coram humilitate
ejus, & petam cum D. Bernardo: Copiosach-
ritas tua nostrorum cooperiat multitudinem pec-
tatorum, & fæcunditas gloria fæcunditatem
nobis conferat meritorum. Ser. 2. deadv. Dom.

Conf. 1. Promptitudinem B. Virginis mihi
succurrere volentis, meumque re in ore
commutaturæ, si septem caulas peccatorum
extirpare volo quæ sunt: 1. Dictamina er-
ronea, 2. Voluntatis ad bonum naturale

P S propria.